



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

IX. De puero sanato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## De cæco sanato.

## CAPVT OCTAVVM.

**D**E regali pago, qui Vlma nuncupatur, cæcus quidam inter manus suorū, sanitatis gratia, ad memoriam pij Confessoris adductus est; vbi, dum non semel neq; bis, sed sæpenumero pro sui illuminatione precibus instaret; de die in diem, caligine oculorū recedente, lumen, quod à Domino postulabat, fidelis ad stipulatione suffragatoris, quod longa sibi ætas subtraxerat, recepit: & qui alieno ductu aduenerat, proprio innisus gressu, aliorum se ductorem, ad eum, qui fecit misericordiam in illum, constanter fore promittebat.

*Cæcus Vlmenſis  
viſum recipit*

## De puero sanato.

## CAPVT NONVM.

**P**ER quidam de villa Olocniza Vvezzelinus, lethali morbo inualeſcente, omni membrorum officio deſtitutus fuit; ita vt & viſu, & vſu linguæ quoque priuaretur. Quem Pater ipſius Lipoldus & mater, \* parentibus & amicis, quos idem tenebat affectus, diuino inuocato nomine, beato Ottoni, ſi per eius ſancti merita ſibi incolumis redderetur, offerendum cum oblationibus, deuotauerunt. Mirum dictu, ad obligationem voti, nulla cæleſtis medicinz mora fuit. Nam paruus incipiens riſu cognoſcere matrem, patrem aſpiciens, quod vouiſtis, ait, pro me, reddite, & me ad ſepulcrum S. Ottonis, qui mihi ſalutem obtinuit, citius perducite. Qui tam ſubita ſanitati congaudentes, abſque omni retractatione puerum in humeris leuantes, & vt deuouerant, ad memoriam ſancti Patris illæ ſum offerentes, omnibus, quanta ſibi Dominus per ſuum ſanctum Confefſorem feciſſet, fideliter expoſuerunt.

*\*parentes &  
amici.*

z De